Fragmentarium

blicus concubinarius in crimine huiusmodi perseuerando a
percepcione fructuum beneficiorum suorum trium mensium spa
cio sit ipso facto suspensus Quos suus superior ad que
id alias immediate spectat in fabricam vel aliam euidentem
ecclesiarum vtilitatem ex quibus hij fructus percipiuntur conuer
tat Quod si superior ad quem id spectat viderit concubinari
um illum metu predicte suspensionis fructuum non retrahi
tunc antequam ad ulteriores Juris penas eidem infligendas
procedatur Eundem talem publicum concubinarium canonice
moneat et auiset quod nisi infra terminum tunc sibi prefigen
dum cesset ad dictas penas se processurum Et nichilominus
hij publici concubinarij post huiusmodi suspensionem ac moni
cionem et processum vsquequo cum ipsis per suos superiores
post ipsarum concubinarum dimissionem manifestamque vite emenda
cionem fuerit dispensatum ad susceptionem noui tituli quorum
cumque beneficiorum aut Officiorum honorum siue dignitatum
ecclesiasticorum sint inhabiles Qui si post dispensacionem reci
diuo vomitu ad huiusmodi concubinatum redierint sine spe ali
cuius dispensacionis ad predicta prorsus inhabiles existant
Quod si hij ad quos talium correctio pertinet ipsos ut predictum
est punire neglexerint eorum superiores tam in ipsos de neglec
tu quam in illos pro concubinatu modis omnibus digna puni
cione animaduertant Publici autem intelligendi sunt non so
lum hij quorum concubinatus per sentenciam aut confessionem in
Jure factam seu per rei euidenciam que nulla possit tergi
uersacione celari notorius est Sed qui mulierem de in
continencia suspectam et infamatam tenet Ac per superiorem
suum amonitus ipsam cum effectu non dimittit Clerici ve
ro in sacris non beneficiati vbi beneficiati caderent in sus
pensionem fructuum cadunt similiter in suspensionem
ab ingressu ecclesie Et contra eos procedatur ad grauio
res penas etiam multas

Item statuimus quod nullus Officialis vel Judex in aliquo
loco interdictum ecclesiasticum ponat simpliciter vel ad te

License: public_domain – Antwerpen, Ruusbroecgenootschap, Lat. 4, fol. 2r – Nicolaus Cusanus, <i>Reformatio generalis</i> (https://fragmentarium.ms/view/page/F-xdqm/6443/55213)